



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 108. Christianorum Victoria adversus Turcas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII.  
A. C. 1610.

## §. CVII.

*Sacerdotes omnes ex Anglia a Jacobo I. Rege proscripti.*

*Jæger. Hist. Eccl. l. II. cap. 3. Rapin Thoiras hist. d' angl. l. 18. Merc. Gallobelg. t. 6. lib. 3.* Jam antea Jacobus I. Angliæ Rex Catholicos vexandi obtentum quærebat ex doctrina de licita Tyranni occision, perinde ac si hæc execranda opinio unquam a Romana Ecclesia fuisset approbata, hinc accepto nuntio, quod Ravallacus hoc errore deceptus, Henricum IV. trucidarit, de opportuna occasione lætus, die secunda Junii edictum Londini promulgari jussit, quo Monachos, Jesuitas, omnesque Sacerdotes ex universo suo Regno proscripsit, injungens, ut quarta jam Julii die ex Anglia emigrarent, nulla unquam redeundi venia ac spe concessa: ceteris vero cunctas immunitates, libertatesque antehac concessas ademit, revocavitque, eisque arma, pulverem nitratum, gladios & alia id genus aufferri, eosque ad præstandum fidelitatis juramentum compulsos a Londinensi urbe decem milliarium spatium abesse jussit.

## §. CVIII.

*Christianorum victoria adversus Turcas.*

Hoc

Hoc item anno magis prospera fors Sæc. XVII.  
 arridebat Christianorum armis con- A. C. 1610.  
 tra Turcas; cum enim Hetrusci die                       
 decima septima Augusti Turcicam tri- Merc. Gallo-  
 remem in ipso Algerianæ Urbis con- belg. l. 34.  
 spectu captivam abduxissent, secundo p. 27. & 30.  
 hoc successu animati, Bisertam Africæ Jacob.  
 urbem interciperere tentant, ac ductore Franc. relat.  
 Buidio expositis in terram classariis Hist. p. 5.  
 noctu clam murus subeunt, cæsisque  
 passim excubitoribus munitiora loca oc-  
 cupant, demum albescente cælo ad  
 prædam evolantes, eâ satque opima  
 ad triremes comportata, & Turcis qui-  
 busdam in Moschea, ut vocant, igni  
 combustis, oppido incenso recesserunt.  
 Nec hic stetit victoriæ cursus; quippe  
 ad ipsam Algeriam urbem redeuntes  
 haud præcul ab ipsa arce triremem Tur-  
 cicam spreto grandinantium scloporum  
 imbre deprædantur: dein Barbariæ o-  
 ram legentes aliam Hostium navim oc-  
 cupant, octingentis Turcis in captivi-  
 tatem raptatis, atque in hac sola ex-  
 peditione Christianorum quamplurimis  
 e misera servitute liberatis. Nec ma-  
 gis secunda Turcis fortuna adspirabat  
 contra Persas: cum enim Visirius cum  
 numeroso milite ad Persiæ fines, ho-  
 stium vires exploraturus excurisset, Per-  
 sæ Turcarum castra inopino impetu ag-  
 gressi maximam exercitus partem pro-  
 fliga-

Sæc. XVII. fligarunt, paucis duntaxat fuga dilapsis: A. C. 1610. dein continuato victoriæ cursu Turciæ fines emensi prædivitem prædam abegerunt: Paulopost longe majori clade eundem Visirium afficiebant, cæsis Turcarum plusquam triginta millibus. Præterea die tertia Junii quinque Meliten-sium triremes sex Turcicas invaserant, ac tandem post atrox utrinque certamen expugnatis earum duabus præcipuis, reliquas tormentis misere convulsas in fugam egerunt.

## §. CIX.

*Protestantium audacia a Colonien-si Senatu repressa.*

*Merc. Gal-  
lobelg. t. 6.  
l. 3. p. 553.  
& 581.*

Sub idem tempus Colonix die festo SS. Apostolorum Petri & Pauli P. Ambrosius Adekirchen Ordinis PP. Prædicatorum in Templo B. Virginis concionem habuit, sumptaque occasione ex verbis S. Evangelii: *Tu es Petrus* &c. proposuit, quod omnes hæretici, cum Ecclesiam impugnare præsumpsissent, semper in hanc Petram impeerint: cum autem inter illos Lutherum quoque & Calvinum nominaret, Lubecensis quidam studiosus nomine Mænius secta Lutheranus in convitia prorumpens, publice exclamabat: *Mentiris scelerate Monache?* quo dicto e Templo